

illi dicturus sum. Jube ergo rex iratus navem praeparari, et super impositum cum suis aliis episcopis etc.

Cui Justinus, imperator, venienti ita occurrit, ac si beato Petro; cui, audita legatione, omnia repromisit facturum, praeter reconciliatos, qui se fidei catholicae dederunt, arianis restitui nullatenus posse. (Anonymus auctor, editus a Valesio (Valois), ad calcem Ammiani Marcellini, pag. 724, anno Christi 523).

(34) Joannes etc. Hic vocatus est a rege Theodorico Ravennam. Quem ipse rex, rogans, misit in legationem Constantinopolim ad Justinum, imperatorem orthodoxum, quia eodem tempore Justinus, vir religiosus, summo ardoris amore religionis christianae voluit haereticos extricare. Nam summo fervore christianitatis hoc concilio usus est, ut ecclesias arianorum catholicas consecraret; pro hac causa, haereticus rex Theodoricus, audiens hoc, exarsit, et voluit totam Italiam gladio extinguere. Eodem tempore Joannes papa aegrotus ambulavit, et senatores et exconsules cum eo; idest Theodorus, Importunus, Agapitus et alius Agapitus, patricius, qui hoc accipientes in mandatis legationum, ut redderentur ecclesiae haereticis in partibus orientis; quod si non, omnem Italiam gladio perderet . . . et cum grandi fletu rogaverunt Justinum Augustum, ut legatio acceptabilis esset in conspectu ejus. Qui vero papa Joannes, vel senatores viri religiosi omnia meruerunt, et liberata est Italia a rege Theodorico haeretico . . . Eodem tempore reverens Joannes, papa, et senatores cum gloria, dum omnia obtinuissent a Justino, rex Theodoricus, haereticus, cum grandi dolo et odio suscepit eosdem, papam et senatores, quos etiam gladio voluit interficere, sed metuebat indignationem Justinii Augusti; quos tamen in custodia omnes afflictos cruciavit, ita ut Joannes in custodia afflictus moreretur. (Anastasii bibliothecarii, *Vitae Pontificum*. E Baronius, *Annales eccl. ad an. 525*).

(35) Hoc anno Theodericus, pravis Arii sensibus infectus, Romam occupans, Joannem papam ad imp. Justinum Bizantium proficisci coegit, et pro arianis, ne haeresi sua